

alibi, aliasq; quas nos addemus. Sed pars caloris démissa à Sole potest oc-  
cupare partes molis terræ, vt propriam efficiat materiā; suāq; omnino  
assimilat, cumq; ea elabatur. Quam autē, eq; quibus rebus tenuitatem  
calor educat accipidū est à Tel. in 1. mai. c. 24. & ex 8.c 32. Nec dicat  
calorem agere, vt instrumentum. quod si dicant soluant rationes Tel. in  
1. min. cap. 56. & 2. mai. cap. 22. Quod dicit summè calidum, quia sum-  
mam amittit caliditatem ex re actione frigidi, non posse sibi assimilare  
summè frigidus non obstat huic sententia, quam modō tulimus. Patet  
enī calorem occupantem molem frigoris, si summus continuetur per  
robur assumptum à Sole, omnino in se partes in se in vettore terræ, siq;  
interciditur opus eius, ens minus calidum gigni. Palam est igitur quo-  
modo pro suis pugnet hic Marta.

Oftaud inquit, sit summè calidum, quod potest facere summè frigi-  
dum, a, frigidum, b, signetur, primum ¶, in quo b, est factum omnino  
simile a, quero, num immediatè ante hoc ¶ signatum b, frigefaciebat ipsū  
a, aut non; si non cum immediatè ante hoc a, agebat in b, & b, non age-  
bat in a, ergo calidum agendo in frigidum non repatietur ab eo, si verò  
b, agebat in a, & non nisi per frigiditatem, & tunc nulla est frigiditas in  
b, ex quo ipsum est summè calidum infinitè, ergo modica frigiditas erat  
in b, ergo infinitè modicè potentia b, immediatè ante hoc erat ad infrigi-  
dandum ipsum a, & a, magnè erat resistentia, ne b, ageret in a, ergo im-  
mediatè ante hoc b, non poterat agere in a, frigefaciendo ipsum a, tenet  
consequentia, quia aliter à proportione minoris ineqnalitatis proueni-  
ret actio. Præterea si immediatè ante hoc frigefiebat ab ipso b, ergo im-  
mediatè ante hoc ¶ in a, intendebatur frigiditas in ipso b, & tunc nulla  
frigiditas est in ipso a, ergo certa latitudo frigiditatis, subito deperdita  
est, quia si immediatè ante ¶ hoc continuè intendebatur frigiditas in a,  
signetur unum intrinsecum temporis ¶ mensurantis istam frigefactio-  
nem, & sit illud d, tunc ab ¶ usque ad ¶, quam est præsens fuerit conti-  
nuò intensa frigiditas ipsius, & nunc in a, nulla est frigiditas, ergo nunc  
primo magna latitudo frigiditatis est corrupta, non itaque calor, & fri-  
gus possunt se inuicem agere, & reagere, alterum expellendo reliquum.  
Cum querit in hac ratione, si ante hoc instans frigus frigefaciebat cali-  
dum, vel non, respondet Tel. quod dū conuertitur natura terræ in sum-  
mè calidum, resistit frigus, & reagit, dum potest; in instantē verò, quo  
inuerterit moles frigoris in molem caloris summi non repatur calor,  
nam tunc terminatur eorum bellum cū victoria caloris, præsertim quia  
spud Tel. non in instanti introducitur forma caloris, sed successiue do-  
nece prorsus frigus deturbauerit; quod jetiam sensu præditū cum sit præ  
dominium caloris experiens suamq; ruinam, in propriam se retrahit se-  
dem, vix occupabilem à calore; ybi vires assunt, ut passim Tel. docet, nec  
eporter, vt assunit hic homo, minimum frigus agere in summum calo-  
rem,

8

R.